

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Aduocati x  
cum fontibus primis

	→	Vos autem <u>nec gratiam gratis datis</u> <u>nec iusticiam iuste redditis</u> , quia ubi non venit, non provenit, nec datur nisi vendatur. <u>Sepe iusticiam tantum differtis quod</u> <u>litigantibus plusquam totum</u> <u>aufertis, quia maior est sumptus expense</u> <u>quam fructus sentencie.</u> Quid autem illi poteritis in districto iudicio respondere qui precipit:  “ <u>Gratis accepistis; gratis date</u> ” (Mat. 10:8)?
Sepe causas tantum differunt quod litigantibus plusquam totum auferunt quia maior est expensarum sumptus quam sentencie fructus. Nec terminantur negocia pauperum cepta quousque eorum marsupia sint euacuata, cum tamen scriptum sit: Gratis accepistis, gratis date. Ipsi uero nec gratiam gratis dant, nec iusticiam iuste reddunt. Lucrum in archa, dampnum in consciencia.	←	
Sed quid prodest homini si totum mundum lucretur, anime uero sue detrimentum paciatur?	←	<u>Lucrum in archa, dampnum in consciencia:</u> pecuniam captatis, set animam captivatis. Verum “ <u>quid proficit homini</u> <u>si mundum universum lucretur anime vero sue</u> <u>detrimentum paciatur?</u> ” (Mat. 16:26).
Innocencius de uilitate condicionis humane.		Innocentius III, <i>De miseria condicionis humane</i> , 2.5 (R.E. Lewis ed., p.151, ll.1-11).
	→	Nemo enim habet iniustum lucrum sine iusto damno: ubi lucrum, ibi et damnum: <u>lucrum in arca, damnum in consciencia.</u>  Caesarius Arelatensis, <i>Sermones</i> , 13.2 (CCSL 103, G. Morin ed., p.65).